eventuum mundanor. quae ipsa natura vocatur, et leges naturae, quar complexus ordo naturae dicitur, non sit, nisi aliquid contingens, nam ergo, cum quem hi eventus et hae leges spectant etiam ens contingens est, unde fluit, absolutam necessitatem huic legibus non competere sed pro contingentia sua ab autore mundi aut tolli aut immutari aut interrumpi posse, ergo eo ipso concedi debent eventus alii supernaturales et extraordinarii, qui existere possunt, s. possibiles sunt. et quos miracula dicimus.
2, Moralis quoque possibilitas facile ostenditur eo quod miracula sunt media promovendi finem ultimum rei fidei, s. moralitatem et felicitatem nostram efficit enim quo magis cum audiendi ulteriora ad veritatem amplectendam et ad reverentiam atque amorem div. numini praestandam excitentur. Certum namque est per miracula hbd, qui vel naturam non intelligunt vel non attendunt Deum ... Deum clariori quodam et singulari modo amenticari, eos et ad veritatem amplectendam, si religio positiva